



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

146. Parabola quarta, Grani sinapis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

miorum agri. Qui respondens ait illis : Qui
seminat bonum semen , est filius hominis.

Matth. 13. v. 36. & 37.

II. Ager autem est mundus. Bonum
verò semen , hi sunt filij regni, Zizania au-
tem , filij sunt nequam. Inimicus autem ,
qui seminavit ea, est diabolus. Messis verò ,
consummatio seculi est. Messores autem
Angeli sunt. *Matth. 13. v. 38. 39.*

III. Sicut ergo colliguntur Zizania , &
igni comburuntur : sic erit in consumma-
tione seculi. Mittet filius hominis Angelos
suos, & colligent de regno ejus omnia scan-
dala , & eos qui faciunt iniquitatem : & mit-
tet eos in caminum ignis. Ibi erit fletus &
stridor dentium. *Matth. 13. v. 40. 41. 42.*

IV. Tunc justi fulgebunt sicut sol in
regno patris eorum. Qui habet aures audi-
endi, audiat. *Matth. 13. v. 43.*

MEDITATIO CXLVI.

Parabola IV. Grani Sinapis.

I. **A**liam parabolam proposuit Iesus , di-
cens : Simile est regnum cælorum
grano sinapis, quod accipiens homo semina-
vit in agro suo : *Matth. 13. v. 31.*

II. Quod minimum quidem est omni-
bus seminibus : cùm autem creverit, ma-
jus

ius est omnibus oleribus: & fit arbor, ita
ut volucres cæli veniant, & habitent in ra-
mis ejus. *Matth. 13. v. 32.*

MEDITATIO CXLVII.

*Eadem Parabola referentibus Marco,
& Lucâ.*

I. **C**ui assimilabimus regnum Dei? aut
cui parabolæ comparabimus illud?
Sicut granum sinapis, quod cum semina-
tum fuerit in terra, minus est omnibus se-
minibus, quæ sunt in terra: & cum semi-
natum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus
oleribus, & facit ramos magnos, ita ut pos-
sint sub umbra ejus aves cæli habitare. *Marc.
4. v. 30. 31. 32.*

II. Cui simile est regnum Dei, & cui si-
mile æstimabo illud? Simile est grano sina-
pis, quod acceptum homo misit in hortum
suum, & crevit, & factum est in arborem
magnam; & volucres cæli requieverunt in
ramis ejus. *Luc. 13. v. 18. & 19.*

MEDITATIO CXLVIII.

*Parabola V. Fermenti in tribus
farinae satis.*

Aliam parabolam locutus est eis Iesus:
Simile est regnum cælorum fermento,
quod